

# I V L I V S R O S C I V S H O R T I N V S L E C T O R I S.



VM multa sunt in hac naturæ vniuersitate digna quæ ab hominibus cognoscantur, tum de Herbarum viribus scientia humano generi utilissima habenda est. Quarum fecundissima parens Terra in medio mundi sita conceptum semen suo complexa sinu, tempore calfactum fouet, ac in lucem edere nullo vñquam tempore intermitit. Nam quid noni veris vbertate fecundius? Tunc enim mira cæli clementia humus fertiles sinus aperit, ac primum teneros frutices ostendit, paulatim inde tum folia excrecere, tū renidere flores incipiunt: quibus omnibus humanum gentis vel ad voluntatem, vel ad sanitatem maximopere vtatur. Ac verno quidem temporis respondet Autumnus, qui cum fructuum præcipue, ac pomorum gloriam sibi vendicet, herbarum tamen quoque multipli varietate non destituitur; Hyemem, atque Aestatem, licet contrarie tempestates videantur, easdem herbas geminata naturæ fecunditate reducere videmus. Nec vero locus vllus est, vbi non quasi nascendi ius habeant herbæ ad humanos usus accomodatae. Nam præter eas, quæ agricolarum solertia in horti, vel agris satæ spectantur, aliae in deterris vallibus, & incultis collibus nullo subacto solo surgunt; aliae permeante siderum inf luxu in occultissimis specubus latent: quarundam ea vis est, vt sponte in vetustis parietum ruinis adnascatur; nulla denique terrarum pars non alicuius herbæ proprio fœtu virescit. Quod cum inter diuinæ liberalitatis, ac prouidentiæ opes, & argumenta maxima referatur, vt & omni tempore, & vbiq[ue] presentia morborum remedia habeantur, nostrum erit non negligere, sed ad commoda nostra trasferre: illos autem, qui tanti nobis boni auctores fuerunt magnis laudibus celebrare. Etenim si in nos ea esset rerum transclusa cognitio, quæ primo parenti diuinitus donata est, aut ad nostras manus peruenissent illa de quibus sapientissimum Salomonem differuisse narrant, ægritudinum penè omnium medelas in domesticis hortis nullo doctore, breui, ac minimis impensis, vt temporibus illis factum accepimus, legeremus. Quæ quoniam longi æui iniuria desiderantur, & verissimum illud est qui addit scientiam addere & laborem, qui multis post sæculis, in ijs disquendis elaborarunt magno merito in honore habendi sunt. Castor Durante Romanus non modo in ea, quam profitetur facultate, sed in plurimis disciplinis insignis cum a primis annis in herbariū obseruatione plurimam ætatis partem posuerit, iure optimo ab omnibus gratiam inire, ac mereri debet. Nec vero ille erat ignarus, cum multi, & medici, & historici idem argumentum vel tractarint vel attigerint, futuros qui dicherent extremum hunc laborem minime necessarium videri. Qui si æqui esse voluerint rerum astimatores non temere, aut sine ratione illum fecisse indicabūt, quod post multos, & veteres, & recētores eiusdem rei scriptores, suos etiam conatus adhibuerit. Nam quo maior extabat librorum copia eo difficilius & haberi singuli, & legi poterant, cum non omnes parare omnibus concessum sit: & non exiguum quid sit quod rebus obcuris luce illata, & confusis ordine, verendum amplius non est, ne pro opportunis contraria accipiantur medicamenta. Huc accedit quod non omnia omnes cognosse, vel conatos scimus, & addi posse in qualibet facultate cuiuslibet artis periti fatentur. Itaque quod tam multa, quæ hinc inde sparsa habebantur quasi in vnum corpus accurata obseruatione & vigilijs collegit, id fecit, vt consultum esset uno volumine plurimis. Quamobrem merito in omnium manibus tam egregij labores erunt. Hinc hauent historiarum scriptores quo libros suos exornent. Hinc medicinam profientes herbarum nomina, vires, morborumque remedia addiscent. Hinc ipsi agrorum cultores earum, quas præ manibus habent herbarum formas recognoscunt, vt vel sic rudibus consultum sit, quotum liber pictura esse solet. Nemo demum erit, qui cum sanitatem vel perditam restituere, vel restitutam tueri velit, hinc vberem utilitatem colligere non possit. Neque vero id ita intelligendum vt remedia, quæ innumera hic afferuntur paſsim nullo consultore, ac temere adhibeantur. Prudentis Auctoris ea mens est, vt non nisi medicorum doctissimorum adhibito confilio applicentur, eorum præsertim si Romæ sis, quorum honorifica mentio proxime habebitur. Licet enim Herbarum occultissimas facultates partim à Viris in arte peritis, partim varijs in hoc genere scriptoribus Græcis, Arabibus, ac Latinis collegerit, tamen nullo modo faciendum existimat, vt quis vllum remedium, quod docuerit in exemplum, aut experientiam trahat, nisi diligentis, ac periti medici iudicium accesserit. Nam præter communes, notasque morborum medicinas, multa necesse etiam est aduertere, vt locum, tempus, complexionem, ætatem, & alia, quorum si ratio non habeatur, verendum est vehementer contra ac Thelepho accidit, ne ex eadem re, ex qua salus expectabatur, mortem hauriamus. Ut autem ex hoc opere fructum capere possis, ordinem,

quem

quem perpetuo sequuntur est Auctor, obseruabis. Primo figuram, & formam herbarum contemnaberis. Mox elegantissimis carminibus vires & facultates descriptas memoriae commendabis, quae quasi pro formulis, & conceptis Medicorum sententiis haberi possint. Deinde nomina Graeca, Latina, & Italica cognoscens. Tum figurarum explicazione, ac locorum, qui herbas ferunt, lectione oblectaberis. Addiscens inde varia genera, ac diuersas species Herbarum, ac quibus queque anni temporibus orientur. Denique affectiones earum, vique singulis morborum generibus sint viles attentius considerabis. His nominibus Auctori gratias immortales habebis, qui commodis tuis misericordie consiluerit labore suo. Cui quidem euam posteritas plurimum semper debet, ad quam eius monumentorum fructus est peruenienturus. Fruere interim hoc, quod iam in manibus habes tam utili munere, nec ita multo post alterum ab eodem opus expecta amplum, ac copiosum, quo omnem tibi volatilium, terrestrium, pisceum, variorumque lapidum naturam pati diligentia explicabit. At si vi quidam ex antiquis scriptum reliquit, gratias habere par est hominibus, qui in sinu roris educati semina iaciunt, eademque foestatione, & irrigatione excolunt: immensum quid erit quod optimo, ac doctissimo Vito Castori Duranti debeamus, quod oculis nostris Herbarum imaginibus voluptatem corpori expositis remedij, ipem sanitatis, animistam varia, ac multiplici scientia incredibilem simul & fructum, & oblationem attulerit.

---

Aliquot insignes Medici qui hac aetate in alma Urbe florent, & quorum consilium Auctor in Simplicium medicamentorum usu adhiberi admonet.

Alexander Petronius	Fabianus Gallesius	Odoardus Lopius.
Alexander Butrius	Fabius Amicius	Paduanus Patricius P. Christia.
Alexander Gymnasius	Fauslus Valent.	Pamphilus Oddus.
Alphonsus Cataneus	Franciscus Gaddius	Parthenopeus Maioribus
Andreas Baccius	Franciscus Lallius	Paulus Aquilanus
Andreas Marcolinus	Franciscus Gymnasius	Petrus Crispus
Angelus Balneoregianus	Gaspar Pirotus	Petrus Mancinus
Antonius Lilius	Hieronymus Pontanus	Petrus Sylvanus
Antonius Portus	Ioachinus Thomaeus	Quintilianus Garellius
Archangelus Piccholominus	Ioannes Baptista Seriustus	Rodulphus Sylvestrius
Attilius Lucius	Joseph Collins.	Salustius Salutarius
Aurelius Stagnus	Iulius Basellius	Sigismundus Briamanus
Balthazar Costacciarius	Iulius Durantes	Thomas condopula
Bartolomeus Christophorus	Iulius Cinus.	Ventura
Baldazielus Abbatius	Julius Penna R.	Vincenius Eugubinus
Basilus Paravicinus	Mysticus Cagnatus	Vincentius Perinus, & multi alij
Camillus Flanius	Marcus Antonius Nicodemus	quorum scientia & praelata &
Emmanuel Franciscus	Medorus Patriarcha	in signis habetur.
	Michael Mercatus	

---

Catalogus Scriptorum Insigniorum Quibus Auctor in hoc opere vultus est.

Aetnarius	Dioscorides	Matthias Lobellius
Aetus	Franciscus Alexander	Monardes
Amatus Lusitanus	Galenus	Oribasius
Andreas Baccius	Gazias Hortus	Paulus Aegineta
Andreas Lacuna	Hieronymus Cordellius	Petrus Andreas Matthiolus
Auterros	Hieronymus Mercurialis	Plinius
Auicenna	Ioannes Mesues	Rembertus Dodonaus
Borgaruci	Io. Petrus Cerasius	Rhasis
Carolus Cluensis	Ioannes Ruellius	Theophrastus
Christophorus Acosta	Ioannes Serapio	Villanovanus, & alij non paucis quos
Collegium Medicorum Bergom.	Julius Pollux	enumerare non libuit.